pecuniam, sed renunciatur haec scriptio; non poterit opo-  
ni tum dicta exceptio. Molin. ubi nup. Notat quod haec  
exceptio non poterit relinqui iuramento pariter adversus  
Molin. V. iuramentum seu iuramenti delatio fol. 129. col. 4.  
Post eodem n. 27. Potest tamen probari testibus instru-  
mentariis et Notario Franco. tom. 1. fol. 529.



De obligationibus ex consensu  
Titulus 23

45

Inter absentes quoque talia negotia contrahuntur: Neque in usu iuris locum obtinent, in omnibus conventionibus, que solo consensu perficiuntur, receptas sunt in hoc Regno, in quo videtur contractus, adeo, ut ante acceptationem, seu consensum creditorum, obligatio firmata, et irrevocabilis remaneat, quia alieni stipulanti ob personam notarii contentis instrumentum nemo provertitur, ut plene docet Pozz ad Molinum Instrumentum n. 44 et seq. et idem probat h. Montex d. 41 n. 43. Unde si stipulatio Notarii adit, obligatio absenti acquiritur etiam ignorantibus; ita ut obligatus ab ea recedere nequeat; quambus si etiam Absens non acceptaverit obligatio evanescat; nam licet actio a voluntate devictoris non pendeat, tamen potest pendere a voluntate creditoris, cui adquirenda est actio, ut ad rem docet h. Serre d. 298 n. 15 et seq. Videmus observatum in Regno Castelle, ut remissive docet Olea de ceuon iuris ut Aq. d. n. 37 omnino videndum; Sed in Aragonia id procedit propter privilegium castis, et quia intelligitur notarium absentes nomine stipulantes, ut prosequitur et colligitur ex his que referre Cuencas in solis comandi claus. 21 n. 19. Ceterum si in contractibus inter aliquos celebratis, quidquam absenti promittatur, et tamen obligatio, et actio acquiritur non autem privilegium executionis ipsius contractus licet aliud sit iuxta Castelle Velas dicitur iuris dicitur 21 n. 18.



# De emptione et venditione

## Titulus 24

Emptio et venditio contractus: Den 13 com Vet segg Emptio et venditio solo consensu perfectura, etiam si nulla scriptura interveniat, nec precium numeratum sit, ac nec arra quiddam data fuerit § in tit pro et pme h ut. Secus in nostro Regno, nam si nec arra, nec traditio mercis, nec cursor interveniat, emptio et venditio non est perfecta nudo contractuum consensu, sed § solidis solutio licet ab huiusmodi venditione recedit obs in tit de pace intor emp et vendi cuius verba repetita extant in obs tom in Arag<sup>o</sup> 39 de generali pms locum hunc in Arag<sup>o</sup>. Solutio autem venditio, si arra sit venditori tradita loco precii obs si aliq ement § de emp et vendi, alias si venditori recedit in duplum arras restituere cogitur, sin autem emptor ipsas arras amittit, cum loco pignorum tantam dare fuerint, pme h ut, et pluribus comprobatur. Tit 1 venditio n 10. Vnde perfecta remanet venditio rei mobilis, si emptori sit tradita, vel interventu cursoris facta. Qui colligitur ex d obs in tit de pace int emp et vendi. Eius vero venditio rei immobilis nunquam perfecta intelligitur nisi ad scripturam publicam redigatur consensu. Tit 1 venditio n 1 et segg (2)

etiam re tradita

- (1) vel fiat ista venditio rei mobilis publica scriptura vel duobus testibus ad hoc vocatis. Maximus in de emp et vendi
- (2) imo valida et venditio rei sedentis sine instrumentis, pluribus argumentis docet Franco ad obs 11 de pign tomo 1 fol 611 @ predicto, nupus aliis autoribus



In his autem que scripturas consueverunt. Non aliter  
 perfectam esse emptionem, et venditionem. Sicut in  
 iuris dicitur per instrumentum, quam si completiones ac-  
 ceperit, et fuerit partibus absoluta; sed in hoc Regno quod  
 id quod in iuris dicitur, instrumentum venditionis omnino  
 completionem accipit si a venditore et duobus testibus  
 subseruatur, iuxta formam in iis formis per testificari, et  
 res vendita consuevit rationi traduntur; ut exprimitur  
 extra in for. l. de emp. et vend. quod ad omnes contractus  
 generaliter extensum est, in for. A. et D. de Tabell. et pro-  
 sequitur post Molinum Per. V. confrontatio n. 1. et reg. (1)  
 Cetera autem sunt demonstrationes in contractu vendicio-  
 nis expressa, confines nominare necesse non esse dicitur  
 et probat text. in l. 63. §. 1. ff. de contrahenda emp. ac sic  
 decernuntur in C. D. Mac. titulum de locumtenentium  
 supragis, in hoc iuris forma Joany del Rey et Claveria  
 anno 1623, et comprobatur notarius de vixis q. 68. per  
 for. Neg. instrumentum recognitionis seu antipoca, alie  
 iuris tributi continetur fundi reuocari inominatis, nu-  
 lum esse collatum, ex his que si aud. censuit in proce.  
 Dicit Sevastianus Lancis sub mans. sexto Jo. Maxe an  
 1624. Secura Lanza et comprobatur Molinus ver. calenda-  
 rium fol. 206. col. 2.

(1) Facto Inst. vend. omne comple-  
 tionem habet, venditio rei immobilis, tamen si postea alte-  
 ri vendatur, et tradatur, in presentibus quamvis vendi-  
 ditio habeat clausula pueri et constituti, na hoc or-  
 lam operantur a venditori; ut nulla pericula, etiam loco-  
 anoni, se tuca, post contra emptori nisi hoc iuris pre-  
 capia ab ipso interuenerit fuerit, per tempus a lege desig-  
 nitum. Sit in proce. D. Aluanda et Surraa sup. citati. 28  
 maii anno 1605

1000



## Ad 5 Sed et certu

Sed, et certum esse precium dicitur? Preter mix-  
com, sive rem venditam, precium quoq' eius rei certu  
adesse oportet; Sed advertendum est, quod preteritu de-  
ceptioni in tuto precio rei vendite, non est locus in  
(1) Mag<sup>o</sup> remedium l. h. C. de rescind. vend. quia hic non  
habetur in integram restitutionem obi. fori de p'icill. ab-  
obi. in tit. de contrac. minoru. Nec enim sola precii vi-  
litoris quarela, contractus sine ulla culpa celebratus, liti-  
gioso strepitu turbandus est, ut inquit Constantinus in l.  
h. C. Thodo de contr. emp., quam Tribonianus a Codice suo  
abesse voluit. Imo hoc privilegio certe repugnant, et  
hinc illud vulgare dicitur, receptum noximus in Mag<sup>o</sup>  
quod tantum valet res, quantum vendi poterit. ut tra-  
dit Molinus l. deceptio fol. 89. Sed ab hac regula excipi-  
endus est permutacionis contractus; (mixtum ut ait Mol-  
nius l. permutatio fol. 256 col. 3) ex fori in tit. de verb. sign.  
Iuncto Molino obi. nuper. et quidem si fraus et dolus ali-  
cuius contractuum iure convincatur, in omni contractus  
enormis deceptionis rationem habendam esse advertit  
Molinus credimus; quum minimè obstat certe privilegi-  
um, nam ei standum non est, dum quædam contineat con-  
tractus ius naturale, cui nihil magis contradicit, quam fra-  
us, et dolus, ut ad rem docet Menochius de presump. lib. 5  
presump. 3 n. 69. Unde venditor instrumenti comanda debet  
ulla mentione contractate, si postea eam habere constet, te-  
netur emptori precium restituere, ut pronunciatum fuit,  
in proce. Joanes Baudista, nec non Petri ferris et Beat-  
rice Confar sup. iuris 18 octobris anni 1590



## Ad 3. Item precium

19

Permutationem propriam esse speciem contractus: Ex Precii sententia quae adversus Justinianorum sectam prevaluit auctores Justiniano h. 8. n. et idem in hoc Regno servandum, quod adeo verum est, ut in emptione, et venditione sive loci retractui, sive iuri, quod vernaculo sermone Aboloni, seu de la Saca vocamus, ex quo consanguinei ex ea parte unde venditas descendunt, eas extrahere possunt, consimili practica emptioni oblato intra annum, et diem, vel si emptioni interseruant, intra decem dies a die celebrati contractus numerando, ut in foro comptates § et seq. sit comuni dividendi, teneto Molina V. Aboloni fol. 114 col. 1. in permutatione hoc veneficium de la Saca locum non habet obi fin de consort eiusdem rei. Praeterea in venditione rei tributaria solvitur laudemium domino directo, cui et us etiam fatice comperit, de q. infra dicemus, non vero in permutatione, ut adversus Molina V. permutatio fol. 260 col. 1. in princ. Sed an detax sit permutatio si pro aliqua rei deestur merx et pecunia numerata, et sane venditione esse, si maior pars precii in pecunia consistat (1), aliter non; ut resolvit Molina ubi proxime ubi Petr n fin (1)



# Ad S Empuio

Jam sub conditiones quam pure contrahi potest?  
 Sed an venditio facta cum pacto de retrovendendo  
 sive ut vulgo dicitur cum pacto de gracia redem-  
 ptiva sit conditionalis, vel pura hic non immerito in-  
 queri potest; et quidem magis est, ut sub conditiones  
 resolvatur emptio ea lege facta, quam sub conditio-  
 nes contrahi videatur, ut in simili ratio dicitur. U-  
lpianus in l. 1 ff. de leg. comisso. Huiusmodi conventio  
 in omnibus fere Regionibus omnibus temporibus pe-  
 ne usitata fuit, ut advertit Don ad l. si fundum  
et seqq. C. de pacto inter emp. et vend. Diversam ha-  
 bet vim de foro, ac praxi nostri Regni, ac in usu iu-  
 ris; Nam in hoc Regno oblat, et condonate a venditore  
 resolvitur dominium, et possessio per instrumentam ven-  
 ditionis in emptorem translaturum, et hoc sive verus obli-  
 gatus, sive directus, pactum revendendi conceptum ab-  
 rere, ita ut in iudicio posterioris venditionis obtineretur  
 valeat quantum pactum ex intervallo laboratur  
 quod secus est de iure, ut lacijs prosequitur. Si de-  
ser. d. Met. et seq. per tot. qui plura etiam congerit cir-  
 ca subintelectam remissionem, et renunciationem pacti  
 revendendi. d. l. 1 et seq. Quod adeo verum est, ut si em-  
 ptor nolit retrovendere haberi solet, revenditio pro  
 facta, quidquid sentiat. Barbasi ad for. s. comuni di-  
videndo n. 10 quod et in pacto de vendendo tantum  
 certo precio locum habere consuevit. Si in proc. Ema-  
nuelis del Rey super deposito anno 1704 hoc ut  
 contra venditorem non verum oblat. C. de l. 18 n. 26



An tempus retractus incipiat currere, conans  
 à die rei venditæ et traditæ cum pacto de retro-  
 vendendo, an vero à die huiusmodi pacti remi-  
 ssi, seu extinctæ lege conuencionis? Si vendi-  
 tio fiat, ut liceat venditori rem redimere intra  
 certum tempus veluti duodid vel aliquid annu-  
 epi non redimat, emptor secutus sit solito qd  
 plus res valet venditori, huiusmodi tempus ad  
 retractandum currit à die finita facultatis ad  
 retractandum ut Sueses sem. 2. cons. 10. affirmat  
 Si vero res vendatur pacto aduicto ut precio  
 soluto quouo tempore, potit redimere, tunc à die  
 vend. incipit currere. Fran. Monuencior. et Cu-  
 enca in decis. 114. v. 10. l. 1. p. 10.

Etiam pactum retrovendendi, ex certo tempore, sit  
 iuratum Sueses sem. 2. cons. 13. n. 4. et in simili, to-  
 mem 3. ut licetum tradit Martin. Stapeli. in  
 manuali conuencionis C. 17. n. 748. in fin. Canceri, lib. 8  
 var. cap. 13. Corrada decis. 110. in principio &c.



# Ad S. Loca Sacra

Ne conuequatur quod suae intencioni non deceptum esse  
 Cunctas rei ex emptio actio, non ad precium dumtaxat  
 recipiendum, sed ad id quod intencioni competit, l. uictas  
rei. Tozz. de euictione, et pluribus exponat. Fontalera in  
cap. fin. de emp. et vend. n. 6, modo si denunciata fue-  
rit venditori, alias non tenetur de euictione (1) obi-  
tem. si Clericis. 11. de privilegio general. nisi pacto  
id remittatur, ut aduertit Fontalera l. v. cap. 2. n. 39  
ver. item ad e. et Bardassi ad for. 3. de rei vindicac.  
n. 6. Sed et si l. denunciata non sit saltem ad pre-  
 cium recuperandum, emptorem agere posse docet Ma-  
 nguilius de euictione, q. 6. ex n. 20, modo licet vna  
 fide perrexit, arg. tex. in l. si per imprudenciam. 54.  
 l. si alienam. 76. de euictione. Et quidem venditor ex  
 natura actus, de euictione tenetur, etiam si ad id  
 obligatus non appareat, ut docet d. Sese. d. 14. n. 4. in  
 hac rei omnino videndus, sed si emptor sciam. tempo-  
 re venditionis rem alienam emerit, nec ad precium  
 recuperandum agere poterit arg. l. si fundum. 27. C.  
 de euictione, et poss. alio probari. Sese. d. 14. n. 2.  
 et d. 403. n. 25. et seqq. nisi in ipso contractu euictio  
 stipulata fuerit, ut relexit Cardinalis de Luca, in the-  
 auro verit. d. 44. de feudis n. 14, et de emptione, et  
 vend. n. 43. d. 11, et qui de hac materia plures de-  
 sideret, adeat Guamanium Cavalinum, Manguilium  
 et alios qui integros tractatus de euictionibus scrip-  
 serunt, et ex notis videndus. Molinus de euictio fol.  
 124. et ver. Recursus. 277.



Sed praemittendum non est casus ab his omnibus omnibus,  
 quippe non solum emptorem evictionis nomine agere  
 posse, si per plures personas emptio ambulaverit, ad ver-  
 eum primum autorem culpa, omnia immediato venditore,  
 ut collegitur, ex l. si pro re 2<sup>a</sup> §. de evict, iuncto  
 Alex. in iudicis, et prosequitur Saxonius de evict.  
 c. 1<sup>a</sup> per tot. Sed etiam quemcumque textum evictionis  
 parum, qui propter eversionem, accionem, et iurium, et  
 desitoris sui nomine, poterit agere adversus primum  
 autorem damni omnia alia immediatis venditoribus, ut  
 declinans fuit in proc. Margarita Perez sup. apren in  
 Cuxia D. 7<sup>a</sup> pag. 1<sup>a</sup> año 1707, ubi evicta domo, et recu-  
 perato precio ab emptore, ex alia domo vendita a do-  
 mino prioris domus evicta, emptor secunde domus  
 eversionem parit, est evictionis nomine, omnia eius  
 immediato venditore adversus primum dominum prio-  
 ris domus evicta, uti primo eorum, quoque autorem dam-  
 ni, ut omnia circuitus inutili vitaretur, arg. text. in l. 1<sup>a</sup>  
 Sed ubi restitutio l. 2<sup>a</sup> de minoribus, et ob. 6<sup>a</sup> de pascu-  
 general, iuncto Cuxia como §. contras 3<sup>a</sup> n. 4. li-  
 cet ab eo ius, et causam ultimis emptoris non have-  
 ret in re evicta arg. text. in l. emptori 28<sup>a</sup> C. de evic-  
 tione, et comprobatur Larrea Decis. Granat. 13 n. 6  
 Cuxia como 184 n. 1. Lucas de emp. et vend. 28

n. 33

Nota quod si alicui venditur hereditatem, et per  
 spacium trium annorum, vel maiorem partem eius, natu-  
 raliter, et defacto eam post venditionem possidet, et al-  
 teri eam obligat, vel hypothecat, valet obligatio etiam si  
 in instrumento confusus sit possideri nomine precario, et  
 a venditionis



de constituto; similiter si vendiderit hereditatem, et post vendi-  
 tionem, per tempus immemorabile vel maiorem eius partem  
 naturaliter et defecto pariter, et postea alteri vendide-  
 rit, et realem et naturalem secundo emptori tradiderit posse-  
 sionem; secundum preteritum prioris; etiam si nomine prioris  
 vel constitueret possidere nomine precario et constituto  
 for. l. de emp. et vend. l. 1. §. 1. Si vero secundo em-  
 ptor suam venditionem sciverit, et fuerit  
 hæc efficiens, prout tunc primus emptor  
 preferenti secundo propter eius voluntatem. l. 1. §. 1.  
 in proc. l. 1. §. 1. in sup. compulsa. Ex lib. 1.  
 Petri Inuarri ano. l. 1. §. 1. in sup. compulsa. Ex lib. 1.  
 et comprobat Saco Koper in 156 glo. 1. §. 1. p. 5  
 Comen. l. 1. §. 1. in sup. l. 1. §. 1. in sup. compulsa. Ex lib. 1.



De locacione et conducione 55  
Titulus 25

Unde q<sup>ue</sup> iuris regulis consistit: Don 13 com 3. In fine  
dicitur emptio, et venditio, et locacione, et conducione; in eo,  
quod illa, si rei immobiliis sit, solo consensu contrahuntur;  
non contrahuntur, ut nuper vidimus, secus autem locatio;  
ita tamen, ut si domus locatur cum instrumentis, pos-  
sit pretio a conductore non solum, clausi eius ostium  
Iudicio mandari; Obi un ut locat et cond, ut p<sup>ri</sup>us ve-  
ne pudores soluit; non vero si sola consensione locatio  
contrahatur, nisi pretium locacionis summas centum so-  
lidorum non excedat; nam tum clausi etiam ostium  
receptum est pretextum in l<sup>it</sup>eris Tolmeritay Testa-  
ripuita; et utroq<sup>ue</sup> casu sumariè proceditur iuxta  
ritum, et formam traditam a Petro Nicolino, in p<sup>ri</sup>axi  
in p<sup>ro</sup>c sup<sup>er</sup> racione fol 211. N<sup>u</sup>quam si locatio fundi  
cum instrumento fiat, (scilicet publico licitatione h<sup>ab</sup>it  
l<sup>it</sup>eris fol ) pretium locacionis exigitur, cum prela-  
cione cuiuscumq<sup>ue</sup> casu alieni conductoris (hoc est succ-  
ibus ipsius fundi, etiam si ad instantiam cuiuscumq<sup>ue</sup>  
creditoris privilegati sunt emparati, vel executati foris  
de loy Arrend) non autem si solo consensu, foris un ut  
de loy Arrend, 1678 iunctis notatis ad 6 v<sup>er</sup>o de reu-  
dicis; Ex quibus omnibus planè conuenitur, locatio-  
nem in hoc Regno, pariter ac de iure solo contraenti-  
um consensu sustineri, licet idem non sit in emptio-  
ne, et venditione; Ceterum si duobus res immobili-



56

locata sit, alteri vero, et cum instrumento alteri, pre-  
fertur in priori, licet posterior tempore. (1) Sed illud  
singulare est in locacione, q<sup>d</sup> Pater Materve prefer-  
untur conductori pro conimili precio in re imovi-  
le diversa, inter eodem, et eorum licentia ex fore sup  
ut comuni disca iuncio Molino Vlocatio fol 213 col 4

3 Quid si priori tradita tam sit res, et postea  
factum instrumentum Et quid si post finitam conduc-  
tionem, alteri locet, cum prius tacite recundavit

Nota q<sup>d</sup> conductor tenetur solvere precium de gra-  
no nato in ipso fundo. Nonnullam ad for Regalem Car-  
tela fol 183. Laguner de fuce p 5 cap 13.

Nota q<sup>d</sup> in fuctibus rei locata prefertur domino; qui  
tunc mutuavit ad seminandum Laguner de fuce p 13 c. 2  
et qui mutuavit pro expensis cultura et colecta; licet  
senior sit sententia dominus his q<sup>d</sup> prefertur, ut  
dicitur in notata ad n<sup>o</sup> 2 lib 2 ut l

AI Quia apelaciones receptas in dicio in-  
teliguntur publicas. Nota et in litem ubi dicitur. S. 2. 33



# Actus Et quod

57

Non proprie locatio et conductio, contracti intelligi-  
tur: Item usus est in eo, qui fundum conducit,  
preco huius conventionis constituto, non in pecunia  
numerata, sed in tributo, aut aliis fructibus: (1) ut  
tenetur Velasco de us. emphit. q. 20 n. 5, ac si di-  
mittam certam partem fructuum soluturam Co-  
lonus promississet, magis est, ut societas contracta  
intelligatur, quam locatio, et conductio, (si merus  
lib. 5. v. maior 6. §. locati, amcto Velasco ubi pup  
q. 30, et de hac specie conductiois loquitur ob. ca.  
de us. emphit. (1)



## Ad S Adco autem

Quae in hunc contractum propriam naturam sta-  
tuit: Cum primum ea lege utendum fuerit  
 datur, ut accipiens, iure dominii illud possideat, et  
 in recognitionem domini directi, quod penes traden-  
 tem retinetur, annuam ei pensionem solvat; pro-  
 prius et specialis contractus secularium, qui Emphyteu-  
 sis contractus vocatur, ex constitutione Leonis ha-  
 bita in l. l. C. de iure emphyt., et hunc contractum recep-  
 tum quoque norimus in hoc Regno, ut colligitur, ex pro-  
 non de iure emphyt. Unde sicut emphyteusis in usu iu-  
 ris amittit utile dominium ob magnam rei detexio-  
 rationem ex authen si res C de sacros Ecclis, iuncto  
 Lucilio Corculo, in tract de caus quib Emphyteus suo  
 priuatur ob rei detexionem. Similiter in sacro  
 iure suo priuatur, modo dominus directus conclud-  
 enter prouenerit hanc detexionem, ut docet Molin  
 Vaprenio ver in eodem pro fel Nicol vbi Port Sap-  
 renio, l. n. 26, sed an Emphyteus possit faciem sum-  
 di mutare disputat Guellus d. 15 per ior et res-  
 pondit.

In quibusdam autem difert  
 Emphyteus in hoc Regno accepta, ab ea quae cognita  
 erat iure civili, nam de iure ob non solum ca-  
 nonem, seu pensionem intra biennium, l. l. C. de reb  
 Emph, et in rebz Ecclesiasticis intra biennium, autem  
 qui res C de sacros Ecclis res tributariae incidit in,  
 comisum; verum in hoc Regno indistincte incidit  
 in comisum, si canon non solvatur intra biennium,



De for in de iur Emph et quandoq' intra annum, si id  
 in ipsa tributacione caveatur, ut advenit Suelbes in  
 cent conf 25 n 3, quod si post hoc tempus canonice  
 dominus accepit, videtur Caducitati renunciare.  
 Vinus d select cap 3. Rursum in Arag licet Emphite  
 inquisito domino rem tributariam alienare cum  
 onere tributi, absq' laudemii prelatione, et sine gra-  
 vamine fatice, dum in tributacionis instrumento  
 hoc expressa non fuerint, obs item in Arag 23 de ge-  
 nerali priu uacuy Magni iurico Martino Tributum vers tribu-  
tacionis contractus fol 32 a col 3 Secus autem de iure, nam  
 et si a Justiniano constitutum sit, in l fin C de iur Emph, ut Em-  
 phiteuta liceat tributariam rem alteri alienare, et vendere si-  
 ne conventu Domini, his tantum personis exceptis, que in  
 Emphiteuticis contractibus, ad emptionem venire proce-  
 rent, tamen ipsi Domino licet, intra duorum mensium spaci-  
 um, rem sine retentione soluto prece, quod emphiteuta ab em-  
 ptore percepturus erat, et hoc ius vulgo fadiga apelatur, sed  
 si rem dominus comparare noluerit, ei solvi debet laudem-  
 mium, quod ad quinquagesimam partem prece redactum  
 est a Justiniano, in l fin vers necessitatem autem, et huius  
 modi pactiones etiam in hoc Regno, in emphiteuticis ins-  
 trumentis, pariter conscribi solent, et si hic non sint des-  
 substantias contractus, ut cum Martino d loco proximo notu-  
 rimus.

Notandum monendi sumus, quod in Arag duplex paccio  
 aponi solita in emphiteusi, nullius fore momenti est, Prima  
 quod vana tributaria non alienentur Ecclesia, nec per nos  
 potentia, et privilegia, quia non obstantes, hoc pacto, insi-  
 clausis, et antiquissima consuetudo est in Arag, ut res



tributaria libere huiusmodi personis relinquatur, ut manifestum constat, ex motu N. S. pro Ludovico de Santar Te, super apren hereditam de Mareca editis 22 Januarii anno 1629. Secundo quod census imponi nequeat, in bonis tributariis; nam nihil omnino absque licentia domini directi preceperunt huiusmodi census imponi solent, et valent, et sic olim decernum fuit, in curia Zalmetino Texarag<sup>o</sup> in proc Joane Maxie de Mareca sup apren anno 1647. Arveroni D. Joanes Chironimus de Vargas, ut ipse utitur vol & decis Arag<sup>m</sup> D. 29 n. 47, eo tamen periculo, quod si canon, vel pensio tributi perpetua domino directo, intra legitimum tempus non solvatur, incidat in communem, et consequenter omnes hypotheca revolvantur, ac si facta non essent, ideoque superior census impositio dominis directis non prejudicet; nunc huiusmodi impositioni census absolute consentiant, ut longam manu prosequitur idem Vargas D. 27 per tot<sup>o</sup>, et citat eam opinionem pro valore census consultu, Magis Zalmetino Texarag<sup>o</sup> in proc Doct Micronimi Vespes, sup apren. anni 1633; Verum hoc sententia omnino dupliciter N. S. supremo iudicio, in gradu apelacionis eiusdem processus, et ne ultra divergant videamus, videndi in hanc rem post Molinedi Tributum ubi Pet. Bardaxi in comm ad for de de apren ex n. 13 N. Sive D. 33 per tot Suelbes in centurias cons 24 et 25 et rem & cons 6 per tot<sup>o</sup>. et Vargas D. 40 et 41, qui plura, alia, <sup>causa</sup> consuetudinaria contractu adhibent.

## Ad S Conductor

De restituenda ea non tenentur: Conductor et  
 levi culpa tenetur, non autem levisimas arguunt



rept in l contractus 23 d de reg iuris, et hoc sensu accipi-  
 endi sunt rept in l si merces 26 § 1 d locati, et for fin co-  
 dem ut. Unde si mulas conductas minime restituaturis  
 Conductore, tenetur ad eius restitutionem, et salarii, seu lo-  
 querii decursi usq ad tempus restitutionis, ac sic decisum  
 fuit in R. A. in proc Jacobi Monaciana sup civili contra  
 Joannem Hieronimum Carcezes 30 martii ani 1618 scri-  
 bas Olivan: Verum si mulam perisset, loquerii  
 solum deventuri, in tempus mortis, ac simul estima-  
 tio siute dum culpa conductoris perierit, ut resolutum  
 fuit in eadem R. A. in processu Hieronimi de Medina sup  
 civili die 15 octobris ani 1594. Sorsica Palatio; at si  
 culpa conductoris non perisset, loquerii solum usque ad  
 tempus mortis deventuri; sed an presumatur casus peri-  
 sse, donec culpa a locatore probetur; tractant Concor-  
 vax resol cap 14 de locat et cond n. 5. h. et affirmatiue  
 resoluit, eo quod pro conductore presumtio est, quod natu-  
 rali cursu obierit, eo quod omnes manantur (similiter  
 conductor equi deponat, non tenetur probare quod ad-  
 fuit culpa ipsius; nisi fecisset iter involutum, quia tunc  
 tenetur de casu Molina de iur disp 677. Valen-  
 zuela conf 108 per tot ad casus enim fortuito, aut in-  
 voluto conductor non tenetur, ut prosequuntur Bobadilla  
 Polit lib 3 cap 3 n. 33. Gratianus de sep forens cap 125.  
 Favon ad tit C de locat defm 3 d. Caxepi obs 103 n. 16  
 Et de modo computanda mercedis, cum casu fortuito im-  
 peditur, conductori usus rei locata agit seus d 186 n. 3.  
 Molina tamen ait, quod conductor tenetur pro rata  
 temporis quo eas usus est.

(1) idem affirmat Molina de locat. disp.



# Ad 5 Final

Intra tempora conductionis: Ante finitam locati-  
onem conductor expelli nequit a predicto conducto, nisi iuris  
ex causis, l. e de 3. C. de locat., et eas explicant Caneus ubi  
proxime a n 6 et Sordas in Emporo iur. parte 1 ut de locat  
et cond. n 24. Qui alioj referunt, et inter has, eas preex-  
tōn expūmuntur, in for. ut locat.; scilicet cum dominus  
propijs vrbus, incidet re locata, vel si orgeat necessitas,  
ita ut obstrictus sit eam vendere; Sed inter hoc notan-  
das est differentia, quod facultas expellendi conductorem, pro-  
pter proprium vrbum, solens obtinetur locum in predicto vr-  
bano. ¶ Non vero in predicto rustico, ut post alioj docet  
Caneus ubi supra n 2, potestatem autem impune expel-  
lenti conductorem ob necessitatem alienacionis, et si predictus  
for. de domo conductus tantum loquatur, tam in pre-  
dio urbano, quam rustico locum habere credimus, dū  
equē impelat locatorem necessitas, ut alterutrum predictū  
alienet; ¶ Et hoc casu statum solo iuramento domini au-  
rentis se predictum locatum vendere, et alia vrbas non  
habere, que comode alienare possit, licet de iure pro-  
vanda sit alienandi necessitas, ut advertit Pox. V. locatio  
n 4. Sed et si locator extra causam necessitatis, fundum ven-  
doret, emptorem quoq. necesse non est stare colonę, nisi  
eas lege emerit, l. emptorem D. C. h. ut. (vel emptor locata-  
eue sciret. Olea. de cessione iur. ut. 4 q. 3 n 10. Gomez et  
Sylva vrb. como 2 cap. 3 de locat.) ¶ Dominus tamen  
qui locavit tenetur conductori ad interese, ob non completa  
sive locacionem l. qui fundum fecit iuncto Caneus ubi  
ubi sup. ex n 34, iuris advertit, tempora locacionis //



ulo iure non esse premissa, preterquam in rebus Ecclesie que ultra talem locari proventur, in extra ambicione de reb Ecclesie alienand vel non, quam explicat Covarrubias 2 var cap 16, et eam in Arag<sup>ue</sup> eius in videri observancia testatur Suelbes in cont conf 41 n 3 Sed et finito tempore locationis, eas quandoq<sup>ue</sup> permanere, si conductor in possessione rei locata remaneat paciente locatore l legem 16 C. de locat An vero hac reconductio contracti intelligatur eisdem clausulis et pernis quibus contracta erat prior conductio disputat Gomez 2 var cap 3 n 11 et affirmatice resolvit. Manicai de tacitis, et ambiguis lib 1 tit 15 n 23 et seqq Concer ubi sup n 63. Taguias de Salario q 10 per tot.

Mores

eius eodem iure in successione succedit: Ceterum non transire ad heredes conductoris locationem si succedit beneficio inventari, observat Tarrica ad Covarrubiam lib 2 var cap 16 n 13. At in hoc Regno heredem Conductoris, tenere legem conductionis servare credimus, licet hic semper succedat heres beneficio inventari: hoc autem fallit in locationibus vectigalibus; nam si heres minus idoneus est non admittitur, ad proseguendam locationem, ut tradit Tarrica ubi sup 2 cap 15. quambis in heredes conductoris transeat obligatio, ut plene docet Menochius, conf 21 per tot; et quod magis est in successione quoq<sup>ue</sup> singulari, namt aliquando locata, ut in possessione rei locata, teneatur conductio, pro primo anno, ut cavetur in statuto ordinis Calatravenis desin 24 cap 1 et 2, quod simpliciter retulit Tarrica e



de omnibus militariibus Ordinibus et cap 15 n 26.

(F)  
 Pater donatus Patri, (presumptione ex officio)  
 tenetur stare locacione facta a suo Patre  
 quambū filius conoxer. Sordus, d. 172 n 6:  
 Suarez in leg quoniam in pater, ampl 2o  
 n 46; quia filius presumitur ex officio facta  
 patri.



*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*



Inquilinum teneri de incendio sub edibus facto  
 ut docet Vinnius lib 1 delect cap 33 nisi inculpabilem  
 esse monstraverit: Tang autem Copin obs  
 pract lib 2 oba 48 conductorem de incendio, defen-  
 dit, non teneri nisi culpa ipsius factum pro-  
 vetur.

Y

Ius conductore expellendi ob propriam necessitatem  
 nempe quia indiget re locata propriis viribus, tra-  
 nsmittitur in emptorem veluti effectum necessarii-  
 um Domini. Olev 3 tit, q. 8. n. 34

Locator tenetur solvere collectas et tributa siue  
 locatio consistat in pecunia siue in rebus vel quo-  
 libet alia re. Caneer

Locator tenetur relinquere viam vulgo impeditam  
 Molina de Just. et iure. tomo 2 hoc tit.



De Societatis contractu  
Titulus 26

67

Societatis contractus: Don 13 com 15 et duob. regg. So-  
cietas duplex est: prima omnium bonorum, ut in specie L.  
S. d. pro socio, et idem contingit in nostro Regno, cum  
matrimonium contrahitur, ad germanitatem, nam tunc om-  
nia inter viros, et uxorem, sunt communia, ut notati-  
mus sup ad ut de veris oblig. item si nuptie fiant ius-  
ta formam, et observantias Regni contractus a lege societ-  
as omnium bonorum, movibilem, et vororum sedentium, ut  
tulo onerato, quodlibet, et hoc tacita, et legalis societas,  
eam vim habent, ut hoc omnia bona fiant communia  
constante Matrimonio; quambis ante contractum matri-  
monium, ab uxore fuerint in vicium alienata omnia  
bona, tam presentia quam futura, ut prosequitur P. Sene  
D. 31 per tot., et non proventur vii contracto matrimo-  
nio ob comunione predictam, quocumq. bona movibilia,  
item sedentia, ex causa honoraria queita, vivere alle-  
nare, salvo tamen iure viduitatis, si uxore alienatione  
non consentiat, ex obs. d. ne vir sine uxore, et adverte  
Molinus V. distinctio vob. de iudic. l. q. d. r. vieny fol. 22 col  
h. cui iunges Casaneum, in consuet. Burgun rub. A. S.  
d. ver. et participant. d. Societas est aliquid negotia-  
tionis particularis, et per eam non transfertur in so-  
cietatem, dominium aut potestatem rei communis, ante actuali-  
tatem apprehensionem, licet sexus sit in societate universon-  
ali omnium bonorum, ut ex nostris docet P. Sene D. 324  
et in hanc rem videndum etiam d. lex de cessione iuris  
ut A. q. 8 an 16



## Ad § de illa

De damno non teneatur, licet autem et aliq' lae-  
 vura pecunias dari nequit, ut eius periculum accipiens  
 solvat, siq' solvat, et integras conferat, et lucrum ex ear  
 partium, utiq' commune, ut provat' Covarrubias, 3 vax  
 cap 2 n 3, quin, etsi societas pecunias utiq' colatas  
 contrahat, pactionem hanc iniquam esse, et adversus  
 societatis naturam, acriter defendit; cuius rationibus  
 ducti optimam huiusmodi conditionem in Arag.  
 difficultus servaturam, ubi in defectum fororum, possi-  
 simum equitatis ratio haberi solet, ade tamen P. Mo-  
 linae de iusticia et iure tract 2 dicit 419 et Gratianum  
 d 768 per 103

Advere licitum esse locare animalia, eo  
 pacto, ut conductor teneatur servare numerum completum  
 eorum scilicet, aut aliter, Molinae de iur et iure dup 303

## Ad § Solvit

Morte unius socii solvitur, et si plures supervint. Sic-  
 etiam compromissa solvuntur, nisi compromittentium, aut  
 arbitrorum mortuo, l dicitur proferre § 1 d de recep arb  
 cap fin de arbitrio, neque de iure pactioni possumus,  
 ut societas, vel compromissum, ad heredes socii, arbitrorum  
 transeat, l adeo d pro socio iuncto Gonzalez in d cap  
 fin n 3 cum electa sit ipsorum iudicia, que in eorum suc-  
 cessoribus non considerantur arg text in cap fin de officio ordm  
 bene vero ut heres compromittentis succedat compromisso d  
 l dicitur § 4 at in hoc signo nullum dicitur esse videri he-



heredes Ausitai, socius et compromittentium heredes putamus, si ex consensu contractuum heredum mentio fiat, cum hic omnis conventio, que non sit impossibilis, aut contra ius naturale subsistat; et quod magis est abiq' expressa pactione, societatem publicorum vicigalium, in heredes defuncti socii transire, etiam ex iure communi credimus, ex traditis, in decisif pedamonte 16 per tot' et his que supra diximus ad § fin ut proximo

## Ad § Publicatione

Publicatione quoq' dicitur societatem: In Arao non est honorum publicatio; nisi in certis casibus. § Item como sequitur fieri ut declar' p'vill' generalib', unctis his que notavimus supra, ad ut de casu dimittit: quibus adde, q' circa confiscacionis materiam adducit in Severo d 77 per tot' neq' quoquomodo socius solvendo non sit, proinde in hoc regno solvitur societas, si casus hic in contractu societatis non sit expressus, dum literalis hic conventio, ad unguem servanda sit, modo non sit impossibilis, aut contra ius naturale naturam, ut proxime ultimud

## Ad § Socius

Tenetur pro socio actione si quid dolo comiserit: Et quandoque etiam socius furti tenetur, ex text' in l merito § 1 d pro socio; Sed in Arao id difficiliter procedit, ut in terminis docet Subles sem l conf 16 per tot', et lacius infra notavimus ad ut de furtis, ac circa capitalis societatis recuperacione, furti societate videmus pro alij Coual de iudicij lib 1 ut 3 d'up 1





# De Mandato Titulus 27

Mandatum contrahitur quinq[ue] modis: Den 13com 11 Sem-  
per ac mandatum in mag[is] contrahitur, deest in scriptura  
publica redigi: aliad nullius momenti est, ut post Molinū  
docet Suelbes in cont[ra] conf[ess] 69 n 3, atetanti autem Fac-  
lionū, in contractu a Mandatario confectio de eius potestate  
credendum est, etiamsi mandatum non appareat, modo,  
instrumentum mandati in hoc negotio confectum sit, ut  
adverteit Molinū v[er]o procurator v[er]o in procuratorio fol 201  
col 2. aliter autem mandatum non presumitur, etiā  
post mille a[n]no, ut cum alijs refert Suelbes in sem 10 conf  
14 n 112, licet enunciatio exstat, in aliquo instrumento  
nū[er]o longo tempore, aliqua adminicula iungantur, ut  
prosequitur A[ugustinus] S[er]v[us] D 316 per rot, et in hanc rem vid-  
endū D Kodabicus Pegueras tomo 2 dec[ret] 1 per rot 3

*Similiter*

si Notarius in alienatione rei minoris dicat, Tu-  
 dicis decretum intervenisse, non creditur; nam notario  
 non creditur in his que sunt extra scripturam. --  
 nec etiam si transacti fuissent 30 a[n]is presumitur  
 decretum intervenisse Suelbes in consilio 16

## Ad illud quod

Mandatum non est obligatorium. Si contra bonos mores  
est, n n 5 idē[em] rem turpem comitem, propter mandatum alle-  
num non excusatur, sicut in ut mandati et ob; 2 eodem  
quia nec rei turpis mandatum est, ut inquit J. C. in locis



remunerandi. Exci turpō d. Mandato. in eadem vero man-  
dataxi venas temperandas est, ut scribit Pont V mandatu  
n § et 6. Et quandoq' omnino excusatur, ut in specie,  
quam pluribus explicat idem Pont V futurum est num 13.  
Enim vero in crimines assenti procuratorum Adstrictus  
pari est legitima, ad accusandum mandatarium, etiam  
si homicidium non sequatur, non vero mandantem ef-  
fecto non secuto, ut convincitur ex foo in de la vras  
privilegiados añ 1522, quamquam mandans statim  
ac mandatario pecuniam dederit, graviter delinquat,  
ut pont aliq' recitatur Pont V mandatu n § et seq

## Ad § Recte

Revocatum fuerit: Solutum mandatum eius revo-  
catione, si denunciata fuerit mandatario, at in procu-  
ratore ad lites, non est necessaria denunciatio, cum ex-  
presse revocatum fuerit mandatum, ut sumo iurilio de-  
tinguit in Montex d 113 per 101. idem est, in causis,  
matrimonialibus, per procuratorem celebrandis, ut tra-  
ditur in constitutione sinodali huius Sachep const 16  
ut 12 de matrim. Aliquando vero procurator in con-  
tractu irrevocabili constituitur, adicit nec motus con-  
stituentis, extinguitur mandatum solinus V procurator  
contractus p 113 col 2. Sed an procurator in con-  
tractu legali Censuali constitutus, compelli valeat, ad il-  
lud confitendam? dicitur solinus ubi nuper col 3  
col 1 autem posse colligi ex clement 1 de procurato.  
Procurator autem contractus, qui in rome nostra consti-  
tuitur, propriam, plus unij' habet; nam in eum om-



Omnes actiones utiles transferuntur, et mandantur directis  
 ut plene explicant. Olea de cessione iuris ut l. q. 2. et Ga-  
lerato de renunciacione lib. 1. cap. 4. op. n. 15. Et quidem  
 omnis procurator, <sup>et</sup> mandatarius, ut definit Molanus in  
 l. prima d. de procurat. Sed hic tantum agitur de pro-  
 curatoribus ad negocia, & procuratoribus ad lites dicimus  
 infra, ad ut de his per quos agere possumus. Et circa  
 formulam mandati per univocitatem conspiciendi ad  
 obs. 10 et seq. de procurat. Franco

## De obligationibus que ex quasi contractu nascuntur Titulus 28

Cum quo negotia absentis gerit: Don 15 com 16 et seq  
 quod alio nomine geruntur, et potest id dominus ratum  
 habere; Sed non ita, ut mandati actio, et obligatio nascatur,  
 que mandatum verum, non fictum requirit; Sed  
 actio negotiorum gestorum, l. 2. d. de negotiis gestis, iuncto  
 Antonio Tabrio iudum et Larreategui lib. 2. selectarum  
 cap. 1 et seqq. Sed in Anag. solum admittitur erat hac ra-  
 tificatio in contractibus, non autem in iudiciis, ex ob-  
 servat. nota 8. de procurat. iuncto Molino Vratificatio-  
 veris ratificationem fol. 270 col. 2. Hoc autem observat  
 abrogata est per for. un. de ratificatione, ubi in iudiciis  
 admittitur quod est ratificatio, usq. ad conclusionem sive  
 renunciacionem in causa, excepto, for. 25. de apren. <sup>caus.</sup> 1.  
 et electionis univocis, seu apelacionis; preterea advenit  
 quod absentis negotia recte ab eius iure geruntur



modo vix rerum suarum procuratorem non reliquisset,  
 obs. item vix Abentes N. a iure dot., ubi Port, et V. Ab.  
 sene n. 110 et seqq.

Ad § Tutores

Qui tutela iudicio tenentur: Tutelas cogitur  
 Tutori reddere rationem administrationis suae, ut pro-  
 sequitur Tutorem de tutel. p. 3 cap. 1 a. n. 2, quod com-  
 mune est et administrationi, ut plurius remittes  
 docet Sculbes sem. 1 conf. 26 n. 7 quibus adde Menschild  
 de Tutelis lib. 4 ca. 100. Sed de his plura alia nota-  
 vimus supra ad ut quibus magis tutelas finitur.

Ad § Item

Comunis sit res sine societate: Hoc est voluntatis  
 dei quas supra, non autem necessitatis, quales est con-  
 sortium fratres, quod exat inter filios, nepotesve, ad  
 quos ex successione Parentum, vel Avorum bona im-  
 movilia, non autem movilia, pro indiviso pertinent;  
 nam donec legitimam divisionem eorundem bonorum  
 inter se fecerint consortes, seu consoci sine societate  
 esse dicuntur, ita, ut, decidunt fore let. 2 comuni di-  
 vundo, ac id ex alio explicat Port in tractatu de con-  
 sortibus, cui unum tantum adam, quippe in comunio-  
 ne neminem iustum detineat, (fin. C. comun divid.)  
 (Excepto vidua vel vidua, que intra tempora vidua-  
 tatis, non tenetur facere divisione sua immobilium in  
 quibus habet viduitatem solina)



quoniam si conjuges, in usu rei communis discordes sunt  
 Iudex aduocandus est, qui vel iuueat alterum iudicari  
 ea rei usu, vel alio modo, ad diuisionem poterit cog  
 pelere, ut cum alijs docet D. Celsi tom 2 ob 112 n 25

## De S. Hæres

Quam ex contractu de uore intelligitur. Adversus  
 heredem in S. iug. solum exat actio personalis ante edi-  
 cionem, for in tit. de leg. legatariorum anni 1592. ex quo  
 actio ipotecaria legataris concessa fuit, in uonib. defuncti,  
 ut Auentis R. Montez D. 50 n 28 postea succedit for  
 in de leg. legatariorum anni 1626, quo depositum exat,  
 obtinere posse legatarium, cum expensis, in processu  
 Apprehensionis, et alijs, ingulobus de uore, mouillibus, agatur,  
 interpelato primus heredes, aut bonorum possessores, ut  
 notauimus supra, ad S. exat olim in tit. de legat. Una  
 ex hac perennas sanctiones forali, non solum legatari  
 species, uerum etiam quantitas, peti poterunt actione  
 ipotecaria, in processu inuentari, aut emparamenti, ac  
 sic decernimus fuit in R. de in proc. Pionis, et Monialid  
 Monasterii Sancti Agnetis Teraxo 28 Aprilis anni 1629  
 etiam si es alienum in huiusmodi processibus exigi non  
 soleat, ab q. clausula emparamenti, aut inuentari, for  
 in tit. del proc. de inuent. anni 1626 iuncto P. iug. Molono  
 in p. iug. ut del inuentario fol 12 in p. iug. et ut del pro-  
 ceo de emparamento fol 102 Et in hac ipoteca  
 generali comprehenduntur quoq. per heredem que sita  
 ex causas hereditatis, ut plene explicat Suelbes in cent  
 conf 22 per 107. Sed pretermittendum non est, here-



deus dupliciter condemnari posse ad os alienum he-  
 reitatis solvendum, videlicet ad id solvendum, vel de-  
 samparandum bonas hereditarias, utar ob. 3<sup>us</sup> de Jur  
com, ut puta si bona hereditaria, extarent, vocum si  
 consumpta iam fuerint, ab heredes, potest intra qu-  
 antitatem consumptam condemnari simpliciter, ad  
 solvendum, ob ea, quae docet Siolius ¶ heres fol. 167  
col. 3 et fr. Sever D. 385 a n. 11, quambis noni ext-  
 sententia nulla, quae utroq' casu heres condemnatus  
 fuerit eadem formula, ut decisum fuit in R. 11<sup>o</sup>  
in proc. Paris Berget super civi. 3<sup>o</sup> Augusti 1694

## Ad 5<sup>as</sup> Finab

Quae vel Religionis, vel pietatis intuitu honorantur  
relictas sunt. Si indebite solvantur, non repetuntur  
h. s. n. Hoc vero sententia sic accipienda est, ut si  
 quis pietatis causa, quidquam solverit Monasterio,  
 seu Ecclesia indebite, taliter ut si seizer illud non de-  
 vere minime solviret, tunc iure in foro conscientia,  
 repetet, at in foro exteriori repetitio non competet,  
 nisi protestetur, se eo animo solvere, cum debeat, ita  
 tenet Montano de causis p<sup>u</sup> lib. 4 cap. 2 n. 34 et regg

Pea quas personas nobis obligo  
 gatio adquiretur

## Titulus 29



Adquiri nobis non solum bene magis melius. De his  
 diximus ad ut per quas per nos res adquiri si  
 unum tantum adeo, quod huc precipue expectat, qui  
 per obligationem per alterum quoque nobis adquiri  
 posse, non autem ad apendum privilegiate, et execu-  
 tiva, ut supra iam tulimus; nam et si in hoc Regno  
 receptam ut propter statutum Cartae, alteri posse  
 stipulari, non tamen locum habet ad effectum, ut  
 ille tunc obtinere valeat, cum clausula executiva,  
 et privilegialis, in eadem Carta contenta, ut decisum  
 fuit, in proc. Michaelis Bordon supuris 16 Januarii  
ani 1614, et in R. A. in proc. D. Maris de Guvaxa sup  
civili 20 decembris ani 1610, et passim in Aff.

Quibus modis tollitur obligatio

### Titulus 30

Solutio eius quod dicitur: Don 16 com Det. seq  
 Tollitur obligatio solutione vera, vel presunta, de  
 vera loquitur Justinianus in primo h. ut de presun-  
ta extat verus, in l. quicumq. Et de apocryphis lib 10  
 ubi dicitur ex solutione tantum anorum presumi  
 antecedentium pensiones solutas fuisse, quod idem  
 in hoc Regno procedere, late probat Suelbes cons 66  
n. 2 et seqq. nisi de tribus annis proximis elapsis uno  
tantum apocrypha facta sit, quia cum una solutio



ad plura tempora referuntur, non inducitur superiorum  
 presumptionem, ut advertit Solinus V. Alvaranum  
fol 18 col A. et in hanc rem expendi etiam poterat  
dictus fol 2 de Cavalariis; (hoc tamen est inteli- m  
 gendum quando sunt facta res apoc, ab eodem (na  
 hac presumtio non videtur contra tertium) veluti qu-  
 ando plures et diversi sunt coelectores et ab em habent  
 Canceis  
 Rursum eandem solu-  
 tionis presumptionem induci videtur, dum in instru-  
 mentum debitorum, seu penes debitorem repe-  
 riatur, ut provant repe in l. si Chirographum 24 de s  
provisionibus, et Regnor. Cautela l. si ut 19 part 3  
et notat Meoni obi item notat D et obs de consuetudi-  
nes Regni 13 de fide inst. At hac presumptio admittit  
 ut probationem in contrarium, ut ex d obi convincitur  
 tux, uncto Part V Instrumentorum a n 6, cui unges  
 Menochium lib 3 presumpt 146, Et quod magis est  
 non proicit executionem instrumenti privilegii ex aduersis a  
Solinio in instrumentum veri iudicium cuius vigore fol 186 col  
D et V consuetudini veri in dicto foro fol 67 col B. Ceterum si  
 nota probabili coniectura, vel presumptio de iure iurat in  
 contrarium, comunder acceptum est, executionem in seculi qu-  
 ambob instrumentis sit privilegium, ut videre est apud  
 Petru Solinum in proc iuris p m gratiam fiendoru fol  
228 col B.

Nec interest, quis solvat: Necepsissima est hoc  
 iuris regula, ac in solutione canonis, seu tributii non satis  
 constat, nam si tertius pro Emphiteuta solvat, a caduci-  
 tatis pena eum non liberat, quamplures sentiunt in-  
 terpretes, alii vero contra, et vtriusq sententia auctores re-



mūdo refert Pator, inter D. N. Sene d. Ho. n. 11, quamquam  
 prioris opinionem, in praxi communioris eius tradit idem  
 Pator à n. 16, ea potissime ductus ratione quia solutio  
 Canonis, non solum agitur de liberatione Emphiteute, sed  
 etiam de recognitione domini directi, quod per reuocari ab-  
 g. mandato solventem fieri nequit; Verum Regius sena-  
 tus, interdum posteriorem opinionem velut benigniorem  
 amplexus est, dum reuocari canonem soluet, urgente pe-  
 riculo communi, ut colligitur ex motibus relatis ab eodem Pator  
 ubi nup. à n. 30. Vbi etiam in purgatione moris canonici,  
 solventi, quandoq. equitatis rationem admitti debent. Ideo  
 Pator d. Ho. 5 per tot. at illud maxime locum obtinet si eius  
 interu. qui canonem pro emphiteuta, soluit, ut post alio  
 docet Suelber in cent. con. d. 5 n. 11. Vnde tamen Franco

2

## Ad S. Thom. per ac-

Est autem acceptilatio imaginaria solutio: Don. 16:  
 com. 21. Et, sicut per expressam remissionem debiti, accep-  
 tilatio est imaginaria solutio, sic etiam prescriptio per  
 remissionem tacitam videtur quoq. esse solutio imaginaria;  
 nam solutionis verum pertinet ad omnem liberationem  
 quoquo modo factam, magisq. ad substantiam obligatio-  
 nis refertur, quam ad numerum solutionis, ut inquit  
 J. C. in l. solutionis. ff. de solut. Et in nostro Regno  
 omnis obligatio prescribi solet per tempus 40 annorum, ex  
 foro ad reuerendum de solutionibus, iurisco Molino  
 prescriptio debiti. pl. 206 col. 4, quod intelligendum est de



de actione personali, non autem reali, ut ad rem docet  
 Covarrubias lib 2 uax cap 14 n 4. aliquando vero mino-  
 ris temporis spacio, obligatio prescribitur, ueluti salarium  
 mercenariorum quorum actio prescribitur per tempus u-  
 nius mensis, ex foro 1 de salariis mercenariorum (si domini  
 est uisus, si uero mortuus intra 3 menses ex foro foris) cuius  
 rebus foralis, plures limitationes adducit Post V tamulus c  
 n 20. Ceterorum prescriptio obligationis in hoc Regno im-  
 punitur etiam, per interpellationem extrajudicalem, ex  
 obi item licet de prescriptione et de hac re, plura  
 colligit Montez D 21 per tot et R Seue D 127 an 11 + 3

In parte de iure acceptilatio fieri solet. Et licet particula-  
 ris acceptilatio, uelut partem rei debito solutio, creditori  
 preiudicare non solet, ut residuum erigere possit, ut pro-  
 sequitur Mantica de tacit et ambig lib 15 tit 6 c 3, tam-  
